



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano**

**Erasmus, Desiderius**

**Lypsi, 1516**

**VD16 E 2746**

Aduersum irritamenta Auaritiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33324**

¶ Senex,

& coerenda, in vetulo vero portentosa, & ipsis quoque voluptatum sectatoribus deridicula. Inter omnia monstra nullum monstruosius senili libidine. O delire, & nimium oblite tui, saltem ad speculum, canos & capitis niues, aratamque rugis frontem, cadauerique simillimam faciem contemplare, ac iam capulo proximus, alia annis tuis magis consentanea cura, Saltem quod ratione decuerat facere, hoc annis admonitionibus vel cogentibus potius facito. Ipsa iam te voluptas repellit, neque ego inquam iam tibi decora sum, neque tu mihi idoneus. Lulitu satis, edisti satis atque bibisti. Tempus abire tibi est. Quid adhuc vitæ perpremis deliciis, quum ipsa etiam te deserat vita? Iam tempus est, ut aliquando incipiat in sinu tuo cubare mystica illa concubina Abylag. Ea sancto feruore calefaciat mentem tuam, huius

3. Re. 1.

Aysagista hie  
ronymo sapien  
tia mystice sig  
nificat

amplexibus frigentia membra confouet.

¶ Epilogus remediorum contra  
incentuum libidinis.

Iam vero ut summam perstringam, hæc sunt potissimum quæ te a carnis illecebris tutum reddent. Primum occasionum omnium cauta ac diligens fuga. Quod præceptum quantum in reliquis quoque conuenit obseruari, propterea, quod qui periculum amat, dignus est, qui in illo pereat, tamen hæc potissimum sunt illæ Syrenes, quas haud fere quisque euasit, nisi qui procul aufugit. Deinde victus & somni moderatio. Temperantia a voluptatibus etiam permissis. Respectus mortis tuæ, & mortis Christi contemplatio. Iurabunt & illa, si cum castis & integris conuixeris, si corruptorum & mollium colloquia, veluti pestem quandam vitaris. Si solitudinem ociosam, & ocium ignauum fugeris, sed animam celestium rerum meditatione, honestisque studiis gnauiter exercueris. Maxime vero, si sacrarum literarum investigationi toto pectore te consecraris. Si & frequenter, & pure oraueris, maxime irruente tentatione,

Eccle. 3

¶ Aduersum irritamenta Auaritiæ.

Si senseris te vel natura propensorem ad philargiriæ vicium,

vel a diabolo instigari, recole iuxta superiores regulas digni-  
tatem conditionis tuę, qui ad hoc tantum creatus es, in hoc res  
demptus, vt summo illo bono semper fruaris. Totam vero  
hanc mundi machinam fabricatus est deus, vt omnia tuis ser-  
uient vsib<sup>9</sup>. Quam sordidum igitur, & angusti animi, nō vtī,  
sed tantopere demirari res mutas & vilissimas. Tolle hoīm  
errorem, quid erit aurum & argentū, nisi terra rubra & alba.  
Quod nemo gentilium philosophorum nō contempsit, hoc  
tu pauperis Christi discipulus, & ad longe meliorem posses-  
sionem vocatus, vt magnum quiddam admiraberis? Non  
possidere diuitias, sed contemnere diuitias magnificum est.  
Sed reclamat mihi vulgus nomine tantum Christianorum,  
& seipsum callidissime gaudet fallere. Ipsa inquit necessitas  
nos hortatur, vt rem faciamus, quæ si fuerit nulla, ne viuere  
quidem liceat, si cōtractior, nimis incommode viuatur, sin lau-  
tior, vberiorq; plurimum adfert commoditatis. Consultitur  
valitudini, prospicitur liberis, cōmodatur amicis, excludit cō-  
temptus, deniq; & fama melior, quum res bene habet. Ex aliis  
quorū Christianorum milibus, vix vnum atq; alterū inuenias,  
qui ista non & dicat & sentiat. Verū vt istis ad vtrūq; respo-  
deam, primū quod cupiditatē suam necessitatis nomine pre-  
texunt, obijciam illis vicissim parabolam euangelicā, de lilijs,  
& auibus in diem viuentibus, ad quorū imitationē nos hor-  
tatur Christus. Obijciam, quod idem ne peram quidem aut  
sacculis suis gestandum pmiserit. Obijciam, quod nos reliquis  
omissis, iubet ante omnia quærere regnum dei, & hæc omnia  
nobis adijcienda promittit. Quādo vnq; nō suppetierunt vi-  
ctui necessaria, ijs qui toto pectore pietati studuerunt. Quan-  
tulum vero est illud, quod a nobis natura flagitat? Atqui tu  
necessitatem non vsibus naturæ, sed cupiditatis terminis mes-  
tiris. Pns autem & illud satis est, quod naturæ parū est. Quāq;  
equidem non ita valde miror istos, qui rem vniuersam suam  
semel relinquunt, vt impudentius mendicent alienam. Nō est  
culpa possidere pecuniam, sed mirari pecuniam, cum vitio eō  
iunctū ē. Si asiluit, fungere boni dispēlatoris officio. Sin eris

Diuitiis q̄liter  
vtendumLuc. 10.  
Mat. 9.

Diuitiæ in bo  
na postremū lo  
cum obtinent

pitur, ne macerare, tanq̄ re magna spoliatus, imo gaude tibi  
detractam sarcinam periculosam. Verum qui præcipuū vitæ  
studium in coaceruandis opibus cōsumit, qui eas vti præclaræ  
quiddam & expetendum suspicit, & porro in longum/ inq̄  
Nestoris vsq̄ senectam recondit, is fortasse bonus mercator  
recte dicitur, bene Christianum equidem non dixerim, qui  
totus de se pendeat, & de Christi promissis diffidat. Cuius bo  
nitas quū passerculos benigne, & pascat, & vestiat, hominem  
pium sibiq̄ fidentē destituet scilicet? Sed iam commoditatū,  
quas adferre credunt, rationem ineamus. Primum etiā gen  
tilium philosophorum consensu, inter vtilia bona, diuitiæ pos  
tremū locum obtinent, & quum iuxta Epicleti partitionem,  
præter vnam animi virtutem, reliqua omnia extra hominem  
sint, nihil tamē tam extra nos est, q̄ pecunia, nihil tam exiguā  
adfert commoditatē. Etenim si quicquid vsq̄ est auri, quicqd  
gemmarum, id omne tu solus possideas, num ideo tua mens  
fuerit, vel pilo melior, num prudentior, num doctior? Num  
corporis validudo, p̄terior? Num valentiorem, formosiorē,  
iuniorem reddet? At voluptates parat, Verum, sed mortifēs  
ras, Sed honorem cōciliat. At quem tandem? Nempe quem  
falsum tribuunt ij, qui non nisi stulta mirantur, & quibus plac  
cuissē, pene vituperari est. Ver⁹ honos est laudari a laudatis,  
summus honos est placuisse Christo. Verus honor, nō opū,  
sed virtutis est præmiū. Cedit tibi, suscipit te plebecula. Stulte,  
vestes illi tuas mirant, non te. Quin tu in teipsum descēdis,  
& animi tui miseram pauperiem consyderas? Quā vulgus si  
videret, tam miserandum iudicaret, q̄ nunc beatū prædicat.  
Verum amicos res comparat. Fateor, sed falsos, neq̄ tibi eos  
comparat, sed sibi. Atq̄ adeo isto titulo vel infelicitissimus est  
diues, quod amicos ne dignoscere quidē queat. Alius in sinu  
odit vt tenacē, alius inuidet, vt opulētior, alius ad se spectans,  
assentatur, & arridet, vt arrodatur. Coram qui est amantiſsimus,  
maturam mortem præcatur. Nemo tam amat, quin mortuū  
malit q̄ viuū, Nemo tam familiaris, a quo verum audiat.  
Quod si maxime sit, qui diuitem sincere diligit, ille tamen nō

Mathel  
10,

Lu

Ma

Eph  
Mat  
6

potest quæ nō habere suspectum. Omnes vultures iudicæ,  
 cadaueri inhiantes, omnes muscas ad suum compedium ad-  
 uolantes. Quicquid igitur commoditatis videntur adducere,  
 id fere, fucatum, vmbraicum, præstigiolumq; est. At verorū  
 malorum plurimū adferunt, verorum bonorum plurimum  
 adimunt. Proinde si bene accepti atq; expensi rationem sub-  
 dixeris, profecto reperies, nūq; tantū adferre commoditatis,  
 quā nimio plus incomodorum secum trahant. Quā miseris  
 laborib; parant, quā periculis, quā sollicitudine seruant,  
 quanto dolore amittuntur. Quibus de causis & spinas appella-  
 lat Christus, quod omnem animi tranquillitatem, quā nihil ho-  
 mini dulcius, mille curis dilaniant. Neq; vnq; sitim sui sedant,  
 verū magis ac magis irritant. In omne nefas præcipites agūt.  
 Neq; tibi frustra blandiare dicens, nihil prohibet pariter & di-  
 uitem esse, & piū. Memēto quid dixerit veritas, facilius esse  
 Camelum transire per foramen acus, q̄ diuitem intrare in  
 regnum cœlorum. Planeq; verum est illud apud diuū Hie-  
 ronymū, diuitem hominem, iniqui aut dominū esse / aut he-  
 redem. Ingens opulentiā nunq; sine peccato / vel paratur / vel  
 seruatur. Cogita, quanto melioribus opibus te spoliēt. Odit  
 enim virtutis indolem, odit honestas artes, quisquis ad mira-  
 tor est auri. Præterea vnū auaritiæ vitium idololatria nominat a  
 Paulo, neq; cum vilo profus alio minus conuenit Christo.  
 Nec idem potes & deo seruire & mammonæ.

¶ Epilogus remediorum contra  
 vitium Auaritiæ.

Desines igitur mirari pecuniam, si vera bona cum falsis, si fusa  
 cata cōmoda, cum veris incommodis diligenter expenderis.  
 Si summum illud bonum cōtemplari, atq; amare cōdidiceris,  
 quod vnum quum adest, etiam si reliqua omnia defuerint, ab-  
 unde explet animum hominis, qui capacior est, q̄ vt vel vnus  
 uersis huius mūdi bonis queat satiari. Si crebro tibi reuocarīs  
 ob oculos, qualem te primū terra nascentem exceperit, qualē  
 item receptura sit morientem. Si semper cogitationi obseruet